



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 39. Papæ auctoritatem timentes a Gardinero Cancellario metu
liberantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

mum quintum ætatis annum attigisset, hinc fuit statutum, ut perduellionis reus esset, quiscunque toto hoc tempore in Regis vitam quidquam machinatus fuerit. Pariter mortis pœna contra eos decernebatur, qui illa precum formula uterentur, vi cuius Hæretici Deum rogabant, ut cor Reginæ moveret ad detestandam idololatriam, atque amplectendam fidem Orthodoxam, aut saltem illius vitæ cursum abscindere, illamque prompte vivis eripere dignaretur.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1554

§. XXXIX.

Papæ auctoritatem timentes a Gardinero Cancellario metu liberantur.

Conditis adhuc aliis legibus, Senatus die decima sexta Januarii Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto Sessionibus suis finem imponebat: ut vero illi, qui Papæ auctoritatem verebantur, solatio afficerentur, hinc Cancellarius eisdem hæc exponebat: „Angliæ Reges hucusque semper Sacram Sedem honestis limitibus circumscriptam venerabantur, ea propter nunc minus, quam unquam alias de illa quid sinistri timendum, eoquod hodie omnes Principes insu-

Hist. Eccles. Tom. XLII.

E perha-

Sæcul. XVI. „perhabitis Papæ juribus suam aucto-
A.C. 1554. „ritatem factam servare junctis viribus
 „adlaborent: insuper præcæ leges latæ
 „contra illos, qui in Curia Romana
 „obtinere beneficia, adhucdum in suo
 „robore persistunt; aliunde vero constat,
 „quod Polus Cardinalis suæ legationis
 „munus unice juxta Reginæ benepla-
 „citur exercet, atque ab ea hanc sa-
 „cultatem majori sigillo munitam obti-
 „nerit, in posterum vero Legati suas
 „in Anglia potestates exercere haud
 „poterunt, nisi prius fuerint inspectæ,
 „ac approbatæ. (*) Hisce rationibus
 expugnabantur quam plurimi, qui sese
 prompto admodum animo legibus nuper
 stabilitis submittebant: cum vero adhuc-
 dum superessent nonnulli, qui debitum
 obsequium Pontifici præstare renuebant,
 eo quod leges olim latæ nunc contra ejus-
 modi

(*) Mirum sane, quod Continuator in re
 tanti momenti nullum omnino Auctorem al-
 legarit: videtur plane, quod studiose hæc
 Gardineri rationes consingere voluerit, ut
 Anglia abjurato schismate penitus summi Pon-
 tificis obsequio etiam in iis juribus, quæ per-
 peram ab alterius Nationis Viris corruptelæ
 vocantur, sese devovisse non videatur, ac
 proin statuta ejusmodi submissioni contraria
 saltem aliorum Regnorum exemplo vindicata
 censeantur.

modi pertinaces innovatæ fuissent, hinc ^{Sæc. XVI.} Curia Patres de mediis deliberabant, ^{A.C. 1554.} quibus hæc statuta in usum deduci, ac rebelles ad finem Ecclesiæ revocari valerent.

§. XL.

Polii consilium de adhibenda lenitate in revocandis hæreticis.

Hanc in rem habebatur conventus, in quo Cardinalis Polus in hanc abiit sententiam, potius adhibendam esse lenitatis, quam violentiæ viam, eo quod severitas potius vulnera exulcerare, quam sanare soleat, nihilque amplius obtineri valeat, nisi ut Hypocritarum numerus augeatur. Ea propter Polus petebat, ut Pastores erga perditas oves suas pietatis viscera panderent, & tanquam misericordes in Christo Patres in errorem prolapsos, tanquam filios ægrotos, quos sanare, non occidere oportet, susciperent. His addebat, probe considerandum esse discrimen inter Regnum ab omni hæresis labe alienum, atque exiguo perversorum doctorum numero infectum, & inter illud, cujus Clerus, ac populus in profundam errorum abyssum prolapsus fuerat: in hoc enim ad illorum extirpationem nequaquam pœnarum severitatem esse adhibendam, sed potius er-